



1701

H. XIII. II.

Liber  
Novo Tacin.  
937/VI.

Henrici Nicolai.

1. Disputatio de Potentia in rebus.
2. Diss. de Synonymo et Paronymo.
3. Gymnasium Logicum.
4. Tractatus de Pane edit. 1644.
5. Gerethlia five Natalitia ed. 1642.
6. Dehincatio Colloquii inter Valerianum Magnum, Capuccinum  
et Henricum Nicolai.
7. Erklärung des Christl. Catech. IV. 4. Secunda editio.
8. Anatomie Papiſmi impietatis Jesuitici.
9. Natſurlich-ſchöne Kundſchafft der Lufft, Luft, Luft, Luft Henrici  
Nicolai geſchrieben.

# DE PANE.

## Exercitatio IV.

Act. 26

### De ulterioribus Panis divisionibus.

#### THESIS X.

#### SECTIONIS POSTERIORIS.

**I**ta definitio Mannæ fuerit: Causæ ejus, efficiens, materia, forma, finis, ex t. 6.7.8. patent. Affectiones ejus sunt figura, color, sapor, quæ ex t. 6.7. patent. Utilitas, quæ naturalis fuit, ut nutrimentum gratissimum exhiberet, t. 8. & ut quidam volunt, Medicinalis, ut laxare & convenienter purgare corpora potuerit, ut Vallesius c. 57. sac. Ph. Quod incertum tamen, ut t. 5. sacrum. Collectio ejus, mensura, & distributio. De quibus Exod. 16. v. 16. 18. 22. vide. De Mannâ Prudentius in enchir. hist. V. & N. Testamenti. Panibus angelicis, inquit, alben tentoria patrum: Certa fides facti, tenet urceus aureus ex in servatum Manna.

II. Sic absolutè Manna spectatum: Respectivè in convenientia & discrepantia spectari possit. Convenientia ratione typica præfigurationis, quam ad quasdam res habuit, ut Evangelium, Christum, & Eucharistiam nostram. Evangelium: Nam ut Manna noviter à DEO suppeditatum, antè ignotum, solâ gratiâ DEI datum, omnibus communicatum, dulcissimum sapore, purissimum corpore, efficacissimum vigore & nutritione, impiis & ingratis ludæis tandem tediosum erat. Ita ista omnia quadrant in Evangelium. V. Rom. 16. v. 25. 2. Tim. I. v. 9. 10. Match. 11. v. 18. Psal 19. v. 11. 1. Pet. 2. v. 2. Rom. I. v. 16. 1 Cor. I. v. 18 23. Iudem ex causis & verbi divini in genere typ<sup>o</sup> Manna esse potest. Christum: Nam ut Manna donum singulare à DEO paratum, ex materiâ singulari & incognitâ, admirabilis saporis, virtutis & efficacis, omnibus Israëlitis promissuè concessum, & sufficiens ci-

bus in fame erat, figura rotunde & minuse, coloris purissimi, pilo  
 rufum molag. fractum cibum ministrabat: Ita hac omnia spiritua-  
 li analogiâ in Christum quadrant. Christus solâ DEI gratiâ ho-  
 minibus datus, de cælo conceptione ex Spir. S. Nativitate ex vir-  
 gine mirabili productus, saporem, & dulcedinem, & vigorem  
 spiritualem admirabilem habet; singulis hominibus quâ vim, me-  
 ritum & intentionem Patris datur, & fidelibus & infidelibus,  
 & Indis & Græcis, & gentilibus & Christianis; virtutis perfe-  
 ctissima & plenissima est, ut ex ejus plenitudine omnes gratiam  
 pro gratiâ sumere valeamus: sine peccato, purissimus & innocen-  
 tissimus est, ut doctus in ore ejus inventus non fuerit, nec peccatum  
 noverit: passione & doloribus mortis in cruce contusus fuit, ut  
 nos cibum potumq. spiritualem ex eo & pacem haberem⁹, Joh. 6.  
 & Esa. 53. Prout latius in Theologicis hac deduci solent. Eucha-  
 ristiam Manna designat partim totaliter: Vt Manna donum  
 gratiâ divina erat, beneficia DEI spiritualia figurabat, fide ap-  
 prehendenda, Joh. 6. v. 31. 32. seq. Peregrinantibus in deserto da-  
 batur, ut ad terram promissam pervenirent, saporis dulcissimi &  
 contradictionibus subjectum erat: Sic Eucharistia donum insti-  
 tuti divini, passionem mortemq. Christi memoria refert, & be-  
 neficia eâ parte universa fidē vescentibus conferi: viatoribus  
 datur, nondum comprehensoribus; saporem spiritualem efficacis-  
 simum habet, & plenum Controversarum in hoc Orbe mare est:  
 Partim partialiter: Vt Manna cæleste corpus erat, cælestis da-  
 tum & paratum: Sic in Eucharistiâ cæleste corpus Christi porri-  
 gitur vescentibus, quod cælesti vi & paratum est, & communi-  
 catur. Ab aliis ultra hæc convenientia extenditur. Quidam  
 communionem sub unâ specie ex typo manna inser alia statumit-  
 nant; ut Pontificiorum quidam. Bellarm. l. 4. D. Euch. c. 22. 24.  
 Becanus p. 3. T. Sch. tr. 2. c. 24. q. 13. Wega in c. 2. Apoc.  
 eom 3. l. 4. Quidam & transubstantiationem in Eucharistiâ inde  
 elusunt,

eliciun  
 lencia  
 prafcu  
 Christi  
 V. & N  
 cuni. V  
 Beza,  
 compa  
 V. ac D  
 cum n  
 Conf  
 12  
 corpor  
 ens er  
 tam a  
 cibus  
 Ho, ne  
 mō sp  
 potens  
 demu  
 tam sp  
 re poi  
 V. T. p  
 erame  
 uniu  
 quent  
 hac i  
 I  
 dam  
 est, s  
 mo d

eliciunt, quod Manna substantialiter immutatum credant, ut Valentia & Bozius t. 7. citati. Alij typicam corporis Christi in canâ presentia, similem q̄ nostram manducationem cum manducatione Christi in manna Israelitarum, & essentialem Sacramentorum V. & N. Testamenti quâ Substantialia convenientiam inde deducunt. Vt Calvin. l. 4. Instit. c. 18. 20. Pareus in 1. Cor. 10. v. 3. 4. Beza, Piscator, & Tossanus in h. l. Omnia falsò & alienè à comparatione Manna, ut uberius in doctrinâ Eucharistia & V. ac N. Testamenti doceri solet. Non omnia huc deduci possunt, cum non commentatum scribere sit animus, sed exercitationem. Conf. t. 3. 4.

12. Discrepancia Manna est, Tùm ab Evangelio: Manna corporeum qd & cibus corporeè ad hanc vitam animalem nutriens erat: Evangelium spirituale quid, & spiritualis cibus ad vitam aeternam credentes nutriens est: Tùm à Christo: Manna cibus corporeus, non verus ille spiritualis, non à Cælo propriè dicto, non toti mundo, sed solis Israelitis in deserto, non in finem primo spiritualem, non vitam primò dare, aut amissam restituere potens erat: Sed Christus verus cibus spiritualis, à proprio cælo demissus, toti mundo suppeditatus, finis spiritualis ergò datus, vitam spirituales & animalem tam dare, quàm amissam restituere potens est: Tùm ab Eucharistiâ: Manna non Sacramentum V. T. propriè dictum fuit, non promissionem spiritualis gratia Sacramentalis additam, non verum corpus Christi substantialiter unitum, non spiritualem obsequandi, fidem augendi, & consequenter ad vitam aeternam ducendi effectum habuit. Omnia hæc in Eucharistiâ N. Testamenti, ut alibi docetur.

13. Fuit Panis improprius prorsus singularis: Quodammodò singularis est, qui ope industriaq̄ humanâ parari potest, sed materiam formamq̄ proprii panis non habet. Talis est panis Martii, saccarites, plantalis quidam & radicalis, & Pesca-

rius & carneus. Panis Marti<sup>9</sup>, q<sup>9</sup> & Mazapanis, Marcipanis, panis dulciarius, pasta regia, diamygdalatum, est panis improprius ex amygdalis, saccharo, aqua rosacea, & medicis interdum additamentis paratus, vel voluptatus, vel Medica utilitatis gratia. Voluptatis, ut cum in convivis, nuptiis, inter mensas secundas Marcipanes apponuntur. Medica utilitatis, cum vel viribus servandis, vel recuperandis adhibentur. Ita in atrophis, phisicis, heclicis, pulmonum & pectoris affectibus vel pro purgationibus, Marcipanes exhibentur. Exempla & descriptiones ap. D. Sennert. l. 5. inst. Med. p. 3. l. 3. c. 20. vide. Panis saccharites vel saccharatus duplex est. Unus ex amygdalis, saccharo, vitellis ovorum aliisq<sup>9</sup> ingredientibus sine farina ullius accessu voluptatus vel Medici sine gratia paratur. Alter ex similib<sup>9</sup>, sed adjecta farina triticea paratur. Prior prorsus est improprius, nihil in materia veri panis habet. Posterior farina triticea aliqd<sup>9</sup> mistu<sup>9</sup> habet. Quis tamen exiguum id est, & a ceteris ingredientibus serè absorbetur, ut parum aut nihil farinae esse appareat, inter improprius panes simul referri meretur. Quamvis prior magis sit improprius. Exempla & usus ap. D. Senn. c. l. Quercet. c. l. p. 3. vide. Panis plantatis est panis improprius ex arboribus, seminibus, aut leguminibus qb<sup>9</sup>dam, ut materia paratus, & ad consistentiam redactus vice panis adhibetur. Sic in Insula Vendemiao Sagu arbore utuntur ad panem, quae arbor pani dedit nomen. Ligni frustum purgant à quibusdam quasi spinis, tandunt, & in pollinem redigunt. Hoc pane ad usum Nautarum parant comineatum. Scaliger ex. 158. l. 1. Montium Cemannorum populi vice panificij castaneis utuntur, & festis tantum dicitur panes ex frugibus usurpane. Goclen. tr. de luxu conviv. p. 189. Caranogori Indi ex oryza & palmae fructibus panes conficiunt. Id. p. 219. Indi panes ex frumento panico non ab simili conficiunt, quod saxis manu agratus pinsunt, panisq<sup>9</sup> inde confectus secundas apud eos obtinet. Qui ex iucca radicebus coquitur, primarius est. Bruyerin. l. 5. d. cibus. c. 19. Panis multifariis & est misto fit: & panico variis,

variis,  
plex pa  
panis  
Americ  
c. 18. B  
Lund  
lucani  
rinam  
V. Zie  
proprio  
est pan  
14  
paratus  
chambo  
puli qu  
striplis  
ficiunt  
In Ind  
farina  
habere  
Vbi &  
eadem  
cense.  
senis,  
versio  
medall  
mentu  
Vide a  
sales, q  
nistrar  
D. Die



rariùs, ait Plin. l. 18. c. 7. Apud Bearnenses & Armigniacos triplex panis ex milio paratur. In annonâ caritate etiam ex avenâ pauperes panes cogunt. Quercetan. l. 2. diatet. c. 5. Apud Americanos farina vices panis præstat. Leriùs nauig. Brasil. c. 18. Bantamenses placentâ ex oryzâ confectâ loco panis utuntur. Lundorp. I. 3. l. 3. Sleid. cont. Turnatenses in Insulis Moluccanis panem ex ligno molli & friabili, quod malleo tusum farinam præbet, conficiunt. Idem l. 6. Alij varios panes habent. V. Ziegler. in Americo, p. 51. 52. 150. 151. Quidam magis ad proprios accedunt, alij magis recedunt. Ex fabâ etiam tentatus est panis, ut Plinius loquitur, l. 18. c. 12. Ex pisib; similiter, ut constat.

14. Panis radicalis, qui ex radicibus in farinam redactis paratur. Talis Americanis in usu, qui ex radice, quam juccam vel schambi vocant, pane parato vescuntur. Goclen. c. l. p. 217. Populi quidam zona torrida subjecti in terrâ Australi incognitâ ex tripliceeo dicum genere, quarum maxima ibi est copia, panes conficiunt. Hudson. in detect. freti ad Occaf. l. 6. 1. Ziegl. c. l. p. 52. In Indiâ Orientali radice Ipsamech dictâ utuntur, ex cuj<sup>o</sup> medullâ farinam conterunt, indeq; panes piunt, qui triticeorum saporem habere dicuntur. D. Balduin. l. 2. Caf. Conf. c. 12. q. 8. Vbi & panes illos pro veris & elementaribus habet, quòd materia eadem sit cum frumentaceo pane, indeq; in Coenâ admitti posse censet. Quomodo & Alstedius p. 5. Th. Polem. clas. 7. q. 4. sentit, Alij quondam concluderunt, V. t. 34. Quod tamen vix verisimile videtur, cum farina frumentacea, & farina ex medullâ radice parata, omninò materiâ differant, cum frumentum & medulla radice omninò diversa sint materia. Unde alij negant in panibus non veris (& sub hu sine dubio sales, quos radiales vocamus, comprehendunt,) licere administrare nobis Eucharistiam. D. Weber. d. Coenâ c. 3. §. 3. D. Dietericus in Catech. d. Coen. dom. aperitè negat, panem

radicalem & piscarium adhibendum, quod nulla necessitas Institutionem Christi queat evertere. Idem D. Winckelmannus T. 1. Gies. d. 5. t. 50. facit. Simile quid ap. D. Grauverum Præf. absurdor. p. 4. invenies. Sunt tales panes improprie dicti: Vt f. t. 10. dictum, eorum Cæna usui non satis accommodi. Panis piscarius est, qui ex piscium carne contusâ conficitur. Ita in Norvegiâ & alio loco caro magnorum piscium, ut asellorum, sole siccata & in pulverem tusa pro farre est, ex quo panes conficiunt. Heidfeld. c. 10. Sphing. Apud Ichthyophagos pisces similiter locum penum præstant, & pro illis usurpantur. V. ex I. t. 12. Ziegler. c. 1. p. 23. Idem in Islandiâ olim factum Geographi testantur. Panis Carneus ex carnis assis, infumatus & siccatus fit, ut ap. Americanos, Tuppin Imbas, V. Ziegl. c. 1. p. 134.

15. Fuit panis improprius corporeus, qui massâ inanimatâ constat: Sequitur improprius spiritualis, qui in se panis aut massâ inanimata non est, sed nomen panis spirituali sensu ob mysticam ad panem analogiam obtinet. Talis panis est Christus, verbum DEI cum in genere tum specie spectatum, & homo fidelis. Christus dicitur panis vel verus, Joh. 6. v. 32. vel vivus, v. 51. vel vita, v. 35. 48. vel DEI, v. 53. vel de cælo descendens, v. 33. 50. 51. 58. vel vitam mundo dans, v. 33. 51. & manna Israelitarum comparatur, ac præfertur: v. 32. 49. 58. Panis vocatur Christus: 1. Ut panis necessarium homini est alimentum: Sic Christus fidelibus necessarius est cibus spiritualis, sine cuius esu vitam æternam habere non possunt. Joh. 6. v. 53. 54. 2. Ut panis super alios cibos mirifice confortat hominem, robusto vires servando & intendendo, infirmo novas conciliando: Sic caro Christi, spiritualiter mirifice confirmat vires fidelium, incredulis novas conciliat, excitando fidem & spiritualem agnitionem DEI & Christi, sicq; intellectum illuminando, totumq; veterem hominem regenerando. 3. Ut panis appetitus primus homini insidet, ultimus amittitur: Sic fidelibus

delibus primus est Spiritus Christi & beneficiorum ejus appetitus, ultimus, qui amittatur. Cessant enim fideles esse aut manere, isto amisso. 4. Ut panis nullum subire fastidium, quamvis quotidie usurpetur: Sic Christi nullum apud credentes odium, nisi quotidie spiritualiter ejus merito & beneficiis reficiantur. 5. Ut panis artificio quodam & labore paratur: Sic Christus singulari DEI gratiâ suppeditatur, & non nisi demissis, obedientibus, petentibus & inquirentibus acquiritur. Conf. Sap. i. v. 4. e. 6. v. 13. Luc. ii. v. 13. Matth. 7. v. 7. Jacob. i. v. 5. 6. Ut panis subigitur, coquitur, maturatur, frangitur: Sic Christus variis passionibus in vitam, ad ultimum morie acerbissimâ laceratus fuit. 7. Ut panis esse humanum conservat: Sic Christi caro esse credentium, in quantum credentes sunt. 8. Ut panis etiam odore quidam ad tempus sustentantur: Ita fide etiam exigua & imbecillis fideles servari possunt. Marc. 9. v. 24. Joh. 12. v. 42. 9. Ut panis variis hominum abusus subjacet, V. lect. i. c. 34. Sic panis vitæ, Christus variis impiorum & hæreticorum profanationibus subesse cogitur. Alij naturas in eonegant: alij discernunt: alij confundunt: alij officium, meritum, efficaciam ejus negant: alij veritatem corporis post ascensionem servasse negant: alij blasphemias eius proficiunt, ut Julianus Apostata & alij gentium: alij membra ejus spiritualia immaniter persequuntur, ut gentium Imperatores quidam, Turca, Judai, infideles, alij. Manna cur Christus comparatur, t. 10. ex parte tactam.

16. Cujus naturæ respectu Christus panis vitæ dicitur, hic queri queat? Phouiniæ ad solam humanitatem referunt. Ostorod. c. 16. Instit. n. 1. 2. Et explicatur quidem Joh. 6. v. 51. panis de carne Christi: sed non apparet exclusivæ vox, de solâ carne accipiendam esse. Pronomen enim persona, Ego, aliquoties repetitum, v. 35. 38. 48. 51. & pronomen Me, v. 35. 47. 57. manna suppositum & persona sunt, non natura, notantq; personam

totam deū & personam, in qua & humanitas subsistit & divinitas. Cumq; non in λόγῳ ἰσοάρῳ Divinitas subsistat extra vel extra humanitatem, nec Persona Christi incarnata sine humana natura censeatur, recte in communionem panis vite & ipsa humanitas Christi devenit, unde & ea expresse panis ille dicitur, Joh. 6. v. 51. Sed inae divinitatem excludi non posse patet 1. Suppositi unitate & compositione. Suppositum totum est panis ille vita, ut ante ostensum. Totum autem suppositum non est sine divinitate. Et consequenter, sine quo suppositum totum non est, illud ad esse istud panis vite simul requiritur. 2. Officij qualitate. Panem vite esse & vitam mundo dare ad officium Christi pertinet, V. Jo. 6. v. 39. 57. Sed quae officium ejus concernunt, secundum utramq; Naturam Christo tribuuntur, Vt esse mediatorem, servatorem, sacerdotem, Regem, Mori pro mundi vita, servare electos in salutem, &c. Vitam enim dare sola humanitas vi natura sua non poterat: & vitam moriendo mundo promereri sola divinitas non poterat, quia impassibilis, immortalis, & immutabilis. Requirebatur ergo & humana divinitas, & divina humanitas, ut illud ἀποπέποιθα, Mundo vitam dare, Christo attribueretur. Secundum utramq; ergo naturam etiam ei adscribendum. 3. Efficaciae realitate. Panem vite esse, qui vitam mundo det, ex proprietate suae naturae nulla humanitas habere potest, requirit enim hoc vim infinitam & divinam; mundū vivificare, quam ex se nulla humanitas habet. E. nec Christi humanitas ex natura sua hoc habet. E. ex alio quodam, quod aliud hic nihil est, nisi unita divinitas, per quam caro Christi i. filius filij DEI caro est, qui auctor vite est. Act 3. v. 15. Joh. 14. v. 6. Et sic à panis vite divinitas Christi excludi nequit. Cumq; & caro Christi sit panis vite, qui de Caelo descenderit, fanatici inde carnem Christi in caelo formatam, indeq; in uterum Mariae delapsam esse ajunt, adeoq; diverſe eam à nostrā substantia esse sentiunt. Quorum nihil  
ex hoc

ex hoc  
maticam

17.

liter refe  
Estq; ve  
Testam  
verbum  
ob nutri  
tatem,  
lis & fi  
musest  
pura sa  
salis, ju  
tualis fa  
Ibi avat  
perbus h  
psantes  
gentes,  
grati qu  
tile ac in  
cognitio  
batur &  
bil aut p  
versus L  
triarcha  
Vi panis  
paris, qu  
nimis ap  
scientias  
gelico de  
vare deb

ex hoc textu sequi, & sententiam ipsam in se inconcinnam ac fanaticam esse alio loco, volente Domino, aperte probaturus sum.

17. Verbum DEI est panis spiritualis hominem spiritualiter reficiens, & in finem spirituales, vitam aeternam, perficiens. Estq; verbum DEI panis spiritualis & in genere secundum V. & N. Testamentum: & in specie secundum Evangelium. In genere verbum DEI seu doctrina caelestis dicitur panis, Prov. 9. v. 5. ob nutritionis necessitatem, validitatem, nobilitatem, jucunditatem, & perennitatem. Ut Panis homini necessarius, & universalis & firmisissimus, praestantisissimus, jucundisissimus & constantisissimus est cibus, omnem famem satians: Sic divina sapientia scriptura sacra comprehensa homini fideli cibus necessarius, universalis, jucundisissimus, firmisissimus, & constantisissimus. Ibi spiritualis fames & divitiarum, & voluptatum, & honorum satiat. Ibi avarus veras invenit divitias, delitiosas jucunditates, superbos honores. Ut panis mirifice instaurat vires amissas, & lapsantes confirmat: Sic verbum DEI miro solatio explicat lugescentes, erigit lapsantes, renovat desperantes. Ut furtivi panes grati quidem sunt palato, sed noxam ferunt, & alimentum inutile ac insalubre. Prov. 20. v. 17. Ita in spirituali solatio & cognitione quidquid ex civili sapientia praeter verbum DEI delibatur & comportatur, speciem valoris habet, adjuvanti solidi nihil aut parum: Et civilia spiritualibus temere ingesta magis adversus DEUM armant, quam informant. Unde Philosophos patriarchas hereticorum dixit Tertullianus. V. dec. 1. d. 10. t. 19. Ut panis debili stomacho nimium ingestus nocivus est, & morbos parit, quia validum nimis nutrimentum suppeditat: Ita si legem nimis apud contrita corda urgeamus, noxam inferimus, & conscientias infirmas ad desperandum adigimus, quas solatio Evangelico deberemus erigere. Apud alios verbum DEI, quos salutare debebat, corrumpitur, & odor mortis ad mortem fit V. 1. Petr. 2.

v. 8. Ut panis stomacho concoquendus est: si alimoniam prestare  
 debeat; Crudus enim innatat, & stomacho oneri est: Ita verbi  
 divini sententias jugi meditatione coquere velut oportet, & in  
 succum ac salutarem usum redigere. Deut. 6. v. 6. 7. c. 17. v. 19.  
 Nihil enim meditantibus & crudis hominibus sine sale & succo ef-  
 fe videntur, quæ acriori meditatione percocta succosa & sua vis-  
 sima eveniunt. V. eleganter Rad. Flaviacensem l. 17. in Levi-  
 ticum, c. 5. Ut variis abusibus pravorum hominum prastantis-  
 simus ille cibus, panis, subjacet: Sic verbum DEI variis impiorum  
 corruptionibus, quibusdam illud falsantibus & detorquentibus, a-  
 lio ad Magica & incantationes abutentibus, alio irreverenter tra-  
 ctantibus. Ut invento pane quidam glandibus viticare malunt:  
 Sic proposito revelatoq; verbo DEI multi illud contemnentis si-  
 liquis, superstitionibus ac mendaciis hominum. pasci malunt,  
 quam purissimo illo spirituali frumento. Ut Judæi, Maometista  
 Pontificij, hæretici. Ut multi panem terunt & comedunt, sed ni-  
 hil ferè inde juvantur, nec spiritus indispiciuntur, nec vires, quia  
 malè digerant: Sic multi verbum DEI tractant, legunt, audiunt,  
 sed nihil inde juvantur, quia corde non pura aut facili recipiunt  
 ac perficiunt. V. Matth. 13. v. 18. 19. seq. Ut panis in sudore vul-  
 tus comedi jubeatur. Gen. 3. v. 19. Sic multo sudore, vigiliis, & at-  
 tentione scriptura tractanda, consideranda, ruminanda, ut salu-  
 tarem alimoniam inde trahamus. Apud Pamentionem abba-  
 tem quidam conquesti, quod verbum DEI complecti nequirent,  
 esse magno ejus desiderio tenerentur; responsum acceperunt: Mol-  
 lis est natura aquæ, lapidum durities ingens: dum tamen gutta-  
 tum in sulcum decidit, tandem eum perforat. Sic verbum DEI se-  
 dulo & frequenter tractatum tandem corda emolliet, ut ejus sua-  
 vitatem plane percipias. Heideid. c. 10. Sphy. Ut panis vires  
 supponit ut erecti incedere & supera spectare queamus: Sic verbum  
 DEI spirituales vires dat, ut cælum meditari, & ad supera con-  
 cendere:

vendere queamus, ubi Christus est. Coloss. 2. v. 1. Ut panis effici-  
 ciam & actum primum nutriendi confortandiq; habet, etiam si  
 in usum non sumatur, etiam si actu secundo apud omnes non vi-  
 riat, ob indispositionem subjectorum: Ita verbum DEI ratione  
 significatorum dogmatum, non significantium signorum, actu pri-  
 mo ex vi Spiritus sancti conjuncta & libera DEI ordinatione est  
 efficax ad convertendum, illuminandum, regenerandum, etsi vel  
 actu secundo non adhibeatur, vel adhiberetur actualem operatio-  
 nem ob resistantiam subjectorum non assequatur. Conf. Act. 7.  
 v. 51. Rom. 3. v. 3. 4. Pulchrè Augustinus tr. 27. in Johan. In-  
 tellexisti spiritualiter verba DEI? Spiritus & vita sunt? Intel-  
 lexisti carnaliter? Etiam sic illa Spiritus & vita sunt, sed TIBI  
 non sunt. Ut materia panis, frumentum, ex vili terrâ crescit:  
 Sic scripture arcana sæpè vilissimi mundo homines & nôrunt, &  
 alius pandunt. Sic inter Prophetas quidam, Apostoli fere omnes  
 vilissimi fuerunt.

18. In specie panis spiritualis est altera generalis verbi di-  
 vini pars, Evangelium. Ut panis succum utilissimum esurienti  
 & suavissimum tribuit: Sic Evangelium consolationem effica-  
 cissimam contritis suppeditat. Ut panis ad luxuriam vel Magica  
 quidam abutuntur: Sic doctrinâ Evangelij ad liberius peccan-  
 dum. Rom 3. v. 8. Ut panis cum vires servare debeat, quibus-  
 dam ex abusu imbecillitates & morbos consiliat: Sic Evangelium  
 in salutem datum quibudam odor mortis ad mortem, & lapis of-  
 fendiculi evadit. 1. Cor. 1. v. 23. 2. Cor. 2. v. 16. 1. Petr. 2. v. 8. Ut  
 panis varios in Medicinâ usus habet, V. sect. 1. t. 26. & 2. t. 12.  
 Sic Evangelium salutare in Theologiâ. Mollis, convertit, justifi-  
 icat, solatur, erigit, confortat, sanat, lassificat, à peccatu liberat,  
 DEI gratiam conciliat, & hominem æternam beatam facit. Ut  
 panis Universalis & communissimus hominibus: Sic Evange-  
 lium revelatio omnes concernens omnib; q; annunciata est: Marc.

28. v. 19. Psal. 119. v. 3. 4. Rom. 10. v. 18. Colofs. 1. v. 13. Ut panem sapè indigni capiunt, qui glandib. & siliquis potius pascendi: Sic Evangelium sapè indigni & ingrati audiunt, Act. 13. v. 45. 46. Digni, qui minas & terrores meros sentirent. Homo fidelis dicitur panis spiritualis, quod multâ cruce velut subigatur, parciur, coquatur, torreatur, ut purus DEO (suo panis evadat. Sic Ignatius bestiis obijciendus frumentum Christi se dicebat, dentibus bestiarum commolendum, ut purus Christo panis inveniretur. Heidfeld. Sphyng. c. 9.

19. *Satis de pane improprie dicto, corporali & spiritali: Proprie dictus panis est, qui materiâ & formâ veri panis constat, adeoq; definitionem d. 1. c. 5. iraditam participat. Hic vel est azymus, infermentatus, & ravior: vel fermentatus & usitator. Azymus & infermentatus est, qui ex farinâ & aquâ sine ullius fermenti admisione subigitur ac paratur. Dicitur & nebula ap. Medicos. V. D. Sennert. p. 1459. Inst. A Nicandro Colophonio dâgares, vel ut alius, paratus dicitur. V. Athenæum l. 3. dip: c. 15. Aliis apopyria vocatur, ut l. 6. Pollux notat. Estq; vel Veteris, vel Novi Testamenti. Veteris, panis azymus paschalis est, panis propositionis, & panis sacrificiorum. Panis paschalis est panis azymus in Paschatis festo per 7. dies à Judæis in memoriam educationis ex Ægypto manducari à DEO jussu. Exod. 12. v. 15. 18. 19. c. 13. v. 6. 7. c. 23. v. 15. c. 34. v. 18. Levit. 23. v. 6. 7. Deut. 16. v. 3. 4. Panis propositionis est panis azymus, singulis septimanis in duodenario numero certæ mensæ in tabernaculo sæderis in conspectum DEI à sacerdotibus imponi tandemq; comedi mandato DEI peculiari jussu, ut DEI recordarentur. Exod. 25. v. 30. Lev. 24. v. 5. 6. 7. 1. Sam. 21. v. 6. Dicitur & panis facierum, quia semper quasi facies DEI expositus jacebat. Spiritualiter signavit & Christum, qui spiritualis noster panis, & quotidie facies DEI conspicuus est, interpellans pro nobis. Rom. 8. v. 34.*



r. Joh. 2. v. 1. Et Eucharistiam nostram, quã utentes mortis Do-  
 mini recordari, eamq; annuntiare jubemur, 1 Cor. II. v. 26. Veluti  
 Judæi per panes propositionis DEI meminisse debebant. Papista  
 communionem sub unã specie hinc deducunt. V. Bellarm. l. 4. d.  
 Euch. c. 22. & 24. Sed ad eò hinc ea non sequitur, ac nec ex Man-  
 nã veterum sequitur. V. t. 10. Et aliã Theologia typica non est ar-  
 gumentativa, nisi præcipientem & applicantem Spiritum S. in Scri-  
 pturis habeat: Et cognitionem nostram ac subtilitatem cogitati-  
 onum, quã ut similes conspersa igne ad consistentiam deducitur: sic  
 bona mens à dispersione superfluarum cogitationum divina cari-  
 tatis coagulo in unum redacta & assidua meditationis igne deco-  
 ctare robur virtutis acquirat. Mente enim coquitur, quidquid sub-  
 tilius cogitatur. Itemq; Apostolos, quò etiam 12. numero fuerunt,  
 ut panes propositionum. Prout figuraciones has latius deducit  
 Radul. Flaviacensis l. 17. in Levit. c. 5. Quidam ex Rabbis  
 Christianus factus 12. Signa Zodiaci mysticè eos notasse ait. Phi-  
 lipp. du Aquin. in explic. tabernaculi Gallicè scriptã. c. 7.  
 p. 12. 13. Etiam 12. tribus Israël signare debuerunt, quæ in pe-  
 culium lecta DEO, semper conspiciuntur ejus exposita erant, ut eas du-  
 ceret, servaret, foveret, & iuaretur. Ideò 12. esso jubebantur.  
 Conf. Ley. 24. v. 7. 8. c. 26. v. 11. 12. seq. Alij & opera miseri-  
 cordia signavisse dicunt, quæ semper in conspectu DEI esse debent,  
 i. e. semper & paratissimi à nobis exerceri, in honorem & com-  
 placentiam DEI, non hominum plausum: & 12. numero exerceri,  
 i. e. per totum annum, 12. mensibus constantem, ut nullo non  
 tempore ad benefaciendum pauperib. & gratificandum volunta-  
 ti DEI paratissimus. Quam adumbracionem persequentem vide  
 Riberam l. 2. de Templ. c. 11. Panis sacrificiarum est panis a-  
 zymus in sacrificiis V. T. donativus, Eucharisticus, libatorius, aut  
 consecratus à DEO adhiberi jussus. Levit. 2. v. 4. 5. c. 6. v. 16.  
 17. c. 7. v. 12. 13. Exod. 29. v. 1. 2. 23. De hoc sect. I. t. 34. v. 11. m.

20. *Quarantur de pane azymo aliqua. I. An verus panis sit? Hoc negarunt olim Graeci quidam, ut Michael Constantinopolitanus Episcopus & Nicetas ap. Cent. Magd. C. II. c. 8. Euthymius in c. 26. Matth. Alij ap. Anshelmum l. d. azym: Jeremias Patr. Constantinopolitanus in Cens. Conf. Luth. c. 10. Quod azym ab azew tollo dicatur; quod fermento attolli debeat. Hoc non azymo conveniat. Reformatorum nonnulli aliq. etiam iniquiores illi sunt, qui in nostrâ Eucharistiâ adhibetur, ut t. 26. dicam. Sed verum panem esse patet. 1. Quia definitio panis sect. I. t. 5. tradita ei competit. Habet enim & materiam & formam, & effecta & finem veri panis. Fermento subigi ad generalem panis essentiam & definitionem non pertinet; sed specialem panis rationem facit, salvâ generali. Sic cibos salios ab insulsis, amaros ab dulcibus, non totis speciebus, sed accidentariis discriminibus differre dicimus. Tale discrimen & panis fermentati & azymi est. 2. Quia Scriptura panem sapius & expresse vocat, cum in V. T. ut t. 19. adductum, tum in Novo. Sic cum Emmaunticus Christus panem comedit, ejusq. fractione eum agnoverunt. Luc. 24. v. 30. 31. Sed is azymus fuit, quia intra 7. dies paschatus, qd. azyma comedenda erant, ista apparitio cõtiguit. v. 1. 13. 3. Quia etiam prophani auctores, cum panum propria genera numerant, azymum inter eos referunt. Tryphon Alexandrinus ap. Athenæ. l. 3. c. 15. Inter panes recenset, fermentatum, non fermentatum, similagineum, alicarium, furfuraceum, &c. Idem facit Plinius l. 18. c. 11. & Coelius Rhodiginus l. 9. c. 16. Ex Graecis Patribus Theodoretus in c. 10. Dani. v. 4. videt eos, qui azymum negant esse panem. Quod ab tollendo Graecis panis dicitur, non precise hanc tollendi per fermentum speciem inferri, cum & à tollendo in mensam ascitus esse queat: licetq. elevando naturam nostram nutriendo, & augendo corpora nostra. Sic Artus Mejsaporum Rex ap. Thucydidem l. 3. non à sustulendo per fer-*

men-

mentum  
 etus. L  
 pascha  
 per lege  
 do habet  
 - 21.  
 r. d. alin  
 dam ser  
 res stom  
 ale hun  
 ter se pop  
 Cellus  
 quia ut  
 aut. ince  
 bi fructu  
 camenta  
 Aliud n  
 bere. In  
 que mal  
 na, c. 25.  
 mentatu  
 est. Rax  
 quetam  
 mum int  
 & Deut  
 ris aliq  
 to pane  
 dicinas  
 topyros,  
 22. C  
 mum sal

mentum, sed alio dictus. Et ipse azymus Evangelistis dicitur di-  
ctus. Luc. 24. v. 30. Qui tamen fermento non elatus. Feris n.  
paschalibus iter illud Emaunicum occupatum, quib. azymus vesci  
per legem jubebantur. Et Hebraus nomen nō à tollendo, sed vescen-  
do habet. V. sect. 1. t. 4.

21. 2. An panis azymus sanitati commodus? Galen.  
I. d. alim. panem fermento planè carentem nemini esse accommo-  
dum scripsit. Sed Cellus 2. c. 24. 25. panem sine fermento inter  
res stomacho idoneas posuit, fermentatū inter alienas; & c. 28. fa-  
cile hunc intus corrumpi, illum difficilius, ait. Conciliari hac in-  
ter se possunt, quòd Galenus de pane ut alimento locutus fuerit,  
Cellus de eo, ut medicamento. Conducere stomacho ait azymum.  
quia ut c. 30. testatur, adstringentis est facultatis. Adstringentia  
aut. inter medicamenta sunt visquaxa, quia roborantia. Sic ru-  
bi fructus inter adstringentia iurare concedit Galenus, ut medi-  
camenta, l. 2. d. alim: sed obesse capiti et stomacho, ut alimenta:  
Aliud n. est, alimentorum, aliud, medicamentorum vires descri-  
bere. Ita ipse Cellus c. 25. multa bona esse, ut medicamenta ait,  
que mala, ut alimenta. Sic acida visquaxa ait, sed ut medicami-  
na, c. 25. Ut alimenta inter res mali succi reponit. Ita cum fer-  
mentatum malum stomacho dixit, de eo, ut medicamento locutus  
est. Rara n. & spongiosa robur ventriculi laxant, ut lac, caseus:  
que tamen satus boni succi, ut alimenta. Communis sententia azy-  
mum inter insalubria habet, ut ex Abulensi in Exod. 12. q. 11.  
& Deut. 16. Hippocrate l. d. diata & Galeni in eos commenta-  
riis aliq. patet. Plinius l. 18. c. 11. Validiora corpora fermenta-  
to pane nutrita ait: & l. 22. c. 25. cum panem innumeras penè me-  
dicinas continere dixit, ad omnia fermentatum, qui vocetur au-  
topyros, utiliore esse dicit. V. s. 1. t. 26.

22. Galenum ext. d. fac: alim. quidam allegant, quòd azy-  
mum salubriorem dicat fermentato, quod facilius sit concoctio-

nis. Operosè hoc oppugnat Montanus quidam c. D. Behm. pa  
 54. adductis auctoritatibus ex Galeno, Plinio, Brujerino, Placo-  
 tomo, & universo Medicorum grege, in contrarium, qui diffi-  
 cilem & insalubrem concoctionem ei tribuant. Sed nullà hic o-  
 perosà probatione opus. Non ea res ut articulus fidei defenditur:  
 nec massa nostra azyma in Eucharistiâ administrata, tantâ quan-  
 titate suppedisatur, ut difficilem concoctionem aut insalubrem  
 succam magnoperè generare queat. Satis nobis est, à vero pane  
 excludi non debere, quod r. 20. firmatum. De salubritate aut in-  
 salubritate litigare in Cenâ nihil attinet, ubi pro cibo mentis,  
 non ventris suppedisatur; Et perceptio Eucharistiæ non in quan-  
 titate, sed veritate consistat, ut rectè quondam Emissenus. Nisi  
 & de electione vini operosè contendere aggrediatur ob guttas  
 quædam potanti in Cenâ ministratas, cum aliud alio vino salu-  
 brius esse non ignoremus. Si Galenus azymum salubrem habet,  
 de eo, ut medicamento, agit. Ita Serarius se ex Medico audisse  
 refert, qui verno tempore & iter facientibus utilem azymum di-  
 xerit, quòd acria rûm obesse soleant, dulcia prodesse, in c. 5.  
 Josuæ, q. 34. n. 2. Et Plinius in lasitudine siquè homines ad  
 iram proniores dicit: Sed hanc animi asperitatem dulciore suc-  
 co mitigari. l. 22. c. 24. Galenus ipse c. l. festis diebus usurpa-  
 sum fuisse docet. Porro, inquit, qui fermento omni caret, ne-  
 mini prorsus est accommodus. Quòd si casei aliquid in super ad-  
 datur, ut rustici apud nos festis diebus apparare solent, eosq; pa-  
 nes ipsi vocant *αζυμοί* &c. Festos enim dies epulis exhilarari fas  
 est: At azymus panis dulciarius est. & inter *τεμπαζα* seu bella-  
 ria enumeratus à Græcis, ut Lat. Jusl. l. 1. ep. Medicin. ep. 65.  
 demonstrat. Inter communia & quotidiana alimenta insalu-  
 bris habetur Galeno c. l. & 7. d. rat. med. Lentosus enim, vis-  
 cidus, glutinosus est; fermento admisso digeritur, subtiliatur,  
 & lentorem deponit. Vnde in fermentando pane potius in ex-  
 cessu

cessu per  
 trime  
 glutino  
 portat,  
 orem al  
 facile e  
 stomach  
 nem &  
 exsurga  
 modum  
 Galen.

23.

præcep  
 ni azym  
 to abstr  
 ignorem  
 aberren  
 aliter v  
 esse quen  
 sus ex A  
 ferment  
 mentari  
 Exod. 1  
 pane in  
 dura ca  
 quot fer  
 Deut. 1  
 perpeffe  
 ra accor  
 vescent  
 beret: S

cessu peccare precipiunt dietetici, quàm defectu, cum primis si ex  
 trimestri tritico aut recenti panis paretur: plus enim in illis est  
 glutinositas. Excessus enim fermenti incommodi plus non ap-  
 portat, quàm minorem alimoniam ex nimia raritate, & celeri-  
 orem alimenti disipationem, quae frequentiore panis sumptione  
 facile compensari queunt. At fermenti defectus cruditatem in  
 stomacho, descensum tardum, meatum propè omnium infarctio-  
 nem & obstructionem generat, undè morbi tandem gravissimi  
 exsurgunt. Gymnasticis tamen panem sine fermento & non ad-  
 modùm probe assatum ac carnem suillam aptissima esse asserit  
 Galen. 1. d. alim. fal.

23. 3. Si fanitati incommodus azymus, Cur à DEO  
 præceptus, & quidem per 7. dies continuos? Iudai hodie-  
 ni azyma Paschalia non per 7. sed 8. dies comedunt, & fermen-  
 to abstinent. Rogatig, cur ita agant, causam pretendunt, quòd  
 ignorent, quando verè Neomenia Paschalis incipiat. Ne porro  
 aberrent, duos dies paschales se observare, ut si unus fortè non sit,  
 alter verus Neomenia dies sit. Rationes continuationis varie  
 esse queunt. 1. Ut admonerètur Iudai in perpetuum festini egres-  
 sus ex Ægypto, quo nec tantum tempus relictum fuit, ut massam  
 fermentare potuerint, quòd facere forsassè destinaverant. Fer-  
 mentatio enim lenta ac morosa est, & à festinantibus aliena.  
 Exod. 12. v. 17. 34. c. 13. v. 3. 8. 9. Deut. 16. v. 3. 4. 2. Ut  
 pane insipido & insulso aperiùs recordarentur posteri Iudaorum  
 dura captivitatis Ægyptiaca patrum suorum, quàm per secula ali-  
 quot savissimè pressi erant. Unde & panis afflictionis vocatur.  
 Deut. 16. v. 3. Non solùm, quòd signum afflictionis in Ægypto  
 peresse fuerit: sed & quòd isti significationi ex insità vi ac natu-  
 rà accommodatissimus, ut qui insipido sapore afflictionem in-  
 vescentibus velut reipsà novaret, ac molestiam corporibus exhi-  
 beret: Sic g̃ efficacius miser majorum suorum status ipsis represen-

zaretur. Vivacior enim memoria sensu & experimento ipso expressa est. Unde hodierni Iudaei, cum in paschate azyma domesticis distribuunt, panem afflictionis s. miseria vocant, quem patres sui in terrâ Aegypti comederunt. Et pistores, si qua in maseide farina massa conglobata remanserit, per contemptum quod grauis, insipida & noxia sit, *Mas* vel *Masphuchen* vocant. Sic enim azyma Iudaica ab illis vocantur. 3. Ut intelligerent, religioni ac virtutibus, quibus DEO servitur, cedere debere non supervacua tantum, ut delicias, sumptuositates, corporis curas: sed & valetudinem ipsam, huiusq; vel tuenda vel servanda studium: animoq; ita DEO se addicere suscerent, ut & corpus negligentius haberent, & nauseabundo insipidoq; pane fastidium velut experiretur. Sic & coturnices in cibum illis datae, Num. 11. v. 31. ut per talem escam subministratam etiam a necessariâ concupiscentiâ avertendum esse docerentur, ut Sap. 16. v. 3. dicitur. Coturnicam n. caro insalubris vulgò creditur, omniumq; avium carnes malitiâ superare, quâ spasmodum & morbum Herculeum, putredines ac vitiosos humores in corpore gignere possit. Unde Fracastorius l. 2. d. morb. Gall. Viterurq; gravi coturnix tarda saginâ, inquit. Quidam veratros, helleboro, alijsq; venenatis seminibus, coturnices gaudere & veses sentiunt, unde spasmodum & distensiones musculorum in utentibus conciliant. A quibus tamen dissentit Aldrovandus l. 13. Ornith: c. 22. Qui hic videri potest. 4. Ut monerentur, quia azymus purior sinceriorq; apud omnes, tam Iudaeos, quàm gentiles, habitus est. & in sacris adhibitus, adeoq; est simplex, ut nulla ne accidentali quidem corruptione corruptus sit, depressus semper & humilis, nulla fermento intumescens, seseq; efferens, ab omni inquinamento carnis & spiritus per dies festos severius abstinentiam, mentemq; firmiter in DEO patre & creatore designandam esse. Unde & Paulus metaphoram pro puritate mentis

ab azy  
Quod  
pluritas  
dum est  
admon  
iustitiae  
casu la  
incom  
nem ed  
semper  
obvert  
lem sti  
qui im  
per nat  
presen  
24  
an &  
s. histe  
cus vall  
ra, ser  
16. v. 4  
rum ex  
citi illo  
plerisq;  
novim  
cognita  
rapuisse  
Et quod  
Cum ne  
somed  
crificior

ab azymis sumit, impuritate ab fermento. 1. Cor. 5. v. 7. 8.  
 Quod Syrus fermentum amaroris vel absynthij vertit: Ita simplicitati, sinceritati, demissioni, humilitati, suavitati, studendum esse notent. 5. Ut potestatis divina tot miraculis ostensa admonerentur, scirentq; illum, qui azymorum usum per 7. dies jusset, etiam contra Naturam ab omni violanda valetudinis casu liberos se prestare posse, utcumq; per naturam sui sanitati incommodus iste panis sit. Sicq; miraculosam sui conservacionem eo attentius meditarentur, firmitusq; potestate DEI sibi semper presentis niterentur, cum Natura omnia in contrarium obverteret. Sic aquas fixerat DEVS, naturam sui fluant: Solem stiterat, qui naturam moveretur: muros Urbium deturbarat, qui immorem fundati: aves & panes ex nubibus ministrarat, qui per naturam nihil horum suppeditant. Ita DEO Hebraeorum presente nihil sibi nocere posse confidere docebantur.

24. 4. An semper & solus azymus panis Judæis in usu, an & fermentato quandoq; usi? Præsertim Tacitus ipsis tribuit 5. histor. c. 1. Raptarum frugum argumentum, ait, panis Iudæicus nullo fermento detinetur. Contrarium ostendit partim Scriptura, fermento ipsos uti insinuans, Exod. 13. v. 7. c. 23. v. 8. Deut. 16. v. 4. Levit. 6. v. 17. Amos 4. v. 5. Partim hodierna Iudæorum experientia, pane fermentato frequenter utentium. In Taciti illo libro pleraq; de Iudæis falsa, & criminationes sunt, ut ex plerisque, quæ ibi de Mose, origine gentis, cultu, religione, narrat, novimus, quorum diversa & interdum opposita ex sacris aperite cognita habemus. Et in istis verbis duplex falsitas. Et quod fruges rapuisse à legitimis possessoribus ait, de quo nihil in sacris habemus: Et quod panem Iudæicum in genere non fermento detineri scribit. Cum nec universus panis sine fermento sit, sed in paschate tantum comedendus: Nec semper sine fermento sit, sed in paschatis & sacrificiorum tempore tantum. 5. Cur panis azymus Venerem

excitat? Ita Græcorum est sententia, ut Didymi l. 2. Geop. c. 31. qui in uniuersum panes absq̃ fermento factos efficacissimos ad Venerem esse ait. Ratio est, vel quia viscositas & crassities frumenti in flatum vertitur, qui pruritum conciliat: vel quia plurimum nutrit, præsertim corpora valida ac robusta, & sic multum excrementi conciliat, quale est semen: Vel quia spirituosus existit à tritici spiritibus, qui inter se fortiter uniti ob lentositate panis non dissipantur, nisi in secundâ coctione, qua in corpore edentis fit, unde resolutus multum spirituum suppeditat, qui membra distendunt, & pruritum Venerium suggerunt: Vel quia succum Melancholicum & strobilarium generat, qui flatulentus est, & subjecta distendi, sicq̃ secerui cupit, & ad Venerem irritat. Vnde ab utraq̃ hile quidam libidinem arcessunt, & flavâ, quia acris & mordax est: & atrâ, quia spuma & stilitus plurimum in eâ est. Vnde Aristoteles Melancholicos satiores esse disputat, quod flatu abundant, & semen decessio flatu sit, quem purgari sapè tales appetunt. l. 4. Probl. 31. Confer & l. 30. q. 1. Intelligendumq̃ illud & de naturali Melancholiâ, qua sex sanguinis subsidens est, sicca, nigra, acida est: & de præternaturali, qua humor adustus ab exustione sanguinis, Melancholia naturalis, auctibilis flavâ exortus est. Et utramq̃ libidinè proritare credibile est, cum eo calore instructa sit, qui flatu excitare queat, qui debilis esse debet, ut eleuet vapores, non dissolvat. Vnde de Melancholiâ naturali non id negandum cum Pet. Aponensi, alijq̃, quod humor frigidus sit. Comparatè enim id dictum, respectu Melancholie adustæ, qua calidior, acrior, & mordax est: Non absolutè, quasi nihil caloris obtineret. Tantiù enim obtinet, quantum flatibus creandis sufficiens est. Ita quadam animalia Melancholica frigide nature libidinosisima esse scimus, ut mulos & asinos, non obstante frigida Nature. De quo fortasse pluribus alibi. Similiter, qui cibus acris & flatulentis utuntur, satiores evadunt:

coq. m  
Poëtis  
maris  
culâ est  
ci succ  
tentrio  
Africa  
denda  
25  
nonn  
aphor  
laudat  
Ex succ  
tionem  
mirum  
oretio  
cidi m  
ne cor  
sed san  
ju exi  
tur, q  
tur. E  
menta  
aliâ i  
Vel q  
â cor  
rum,  
visita  
ex qu  
par u  
humo



eoq; magis, si bilis ex aduſtione acris ac ſalfa evaſerit. Vnde forte Poëtiſ fingendi argumentum ſumptum, Venerem ex Spumâ maris proſtatam. Ita leporem libidonisſimum ajunt, & maſculâ etiã Venerem ex omnibus beſtiſ tãgere, quia melancholici ſucci animal eſt. Australes etiã Veneri additioreſ eſſe ſepentrionalibus, quod atrâ bile pleni ſint. Vnde Ptolemæus in Africâ Venerem potisſimum ſoli, ac ſcorpionis ſilvæ, quod ad pudentia pertinet, Africa præſſe tradit.

25. 6. Cur azymo pane utentes corda & hepata parva nonnullis habere exiſtimantur? Rhaſis ea ſententia eſt l. i. aphor. ap. 46. Vel quia azymus alimentum corpori non ſatis laudabile miniſtrat, ſed viſcidum & nauſcabundum, V. t. 21. 22. Ex ſucto autem non ſatis alimentoſo viſcera non ſatis ad nutritionem trahere, & ſic attenuatiõne infeſtari, exiliaq; fieri nihil mirum eſt. Nam cibi ſucculenti vegetum nutrimentum & accretionem paribus largiuntur. Ex adverſo exſucci & emaricidi marcorem, attenuatiõnem, & decretiõnem: Vel quia nomine cordis & hepatis non ipſa viſcerum ſubſtantia intelligenda: ſed ſanguis venoſus & arterioſus in iſtis viſceribus elaboratus, cujus exigua quantitas in corporibus debilibus & tenuibus generatur, quãtia ſunt ea, quã pane azymo, viſcido, & lentoſo, nutriuntur. Et ſic corda ac jecora parva habere dictum, quia per id nutrimentum parum ſpiritus & ſanguinis arterioſi generari poteſt, quã aliã in corde & jecore elaborari & ab illis ſubminiſtrari ſolet: Vel quia cordis voce per meionymiam confidentiam nota vii, quã à corde oriri ſolet. Et parvo corde puſillanimitatem intellexit eorum, qui azymo nutriuntur. Generat enim ille ſuccum craſſum, viſcidum, qui melancholicum & frigidum ſanguinem adauget, ex quo torpor, iriſticia, & umiditas conſequetur ſolent: Et jecur parvum in illa dixi comparatiõne ad lienem habitã. Ex copiã enim humoris melancholici, quem azymus proauert & auget, facieſtur.

ac intumescit lien, qui melancholici humoris traho & sedes est: Unde quantum accedit lieni, tantum decedit ceteris visceribus, secundum illud Medicorum: Ubi lien tumescit, partes omnes tabescunt. Quomodo & Metaphoricè urbem aliquam cum detrimento ceterarum urbium vel totius regionis accrescentem lieni comparamus, quòd ea accrescente cetera membra tabescant. Ita Londinum Anglia lienem ajunt, & Constantinopolim nuditate omnium civitatum constructam fuisse Hieronymus scripsit. De quo Lanfius Or. c. Brit. videatur.

26. Ita panis azymus Veteris Testamenti fuit: Novi Testamenti est panis Eucharisticus in Cæna administratione quibusdam Ecclesijs usitatus, qui communio corporis Christi in usu Cæna est, & memoriale mortis Domini, ut eo medio ad vitam æternam enutriamur & obfirmemur. De hoc quaritur I. An verus legitimusq; panis sit, adeoq; rectè vice panis in distributione Cæna à nobis adhibeatur? Hoc peracutissimè quidam Reformatorem negant, & in nostras placuntulas Orbiculares acriter invehuntur, ac immanibus convitijs rem gerunt. Montanus c. D. Behm. p. 35. 36. seq. spumas, nebulas panis, appellat, variasq; earum similitudines querit. Spuma speciem rei singularis & solida habet, & est vanissima: supernata liquoribus per agitationem, & fex ac excrementum quiddam est: ad pascendum est inutilis, & in Physicis usus ejus nullus. Eadem in oblatas nostras quadrare. Nebula ardorem solis cohibet, arentes fruges humectat, & recreat: Idem nobis ex falsâ persuasione spiritualiter prestare oblatas. Nebula abscondit hominem, totos sæpè exercitus: vapor crassus terra circumfusis, tenebras inducens, est, opponitur serenitati, eamq; obscurat: Similia Theologicè oblatas agere. Multo cætera calumnijs & convitijs referta. Collocutores Berlineses in colloquijs litt. b. d. f. i. alibiq; Salo. Finck. p. I. spec. Sacram. p. 20. 54. Heidfeldius in Sphynge

c. 21. Anatomia Marpurgenſis p. 97. 93. Zepperus de Sa-  
 cram. p. 485. 487. Naum. p. 18. d. Coen. *in convittando pane*  
*noſtro ſatus induſtrioſe praſtant. Præter ſpumas, umbras, nebu-*  
*las, cruſtula chertacea, cruſtulum farinaceâ, hoſtie nummularia,*  
*lentoſes viſcoſi, farinacea folia, Dieſſpöffige Pâbſtiſche Dieſſ-*  
 hoſtien/ plätzlein/ runde ſpiegelplätzlein/ zähe Lieberhaſſtige  
 blätzlein/ papierkätzlein/ wiſkätzlein/ brodeloſe Pfaffen-  
 kätzlein/ pfenningsbrodlein/ & ſimilia, audiunt. Similis  
 convittorum ſarrago apud plures. Quasi guttam unam alie-  
 ramq. vini ob paucitatem ſpumam, nebulam, umbram vini, ap-  
 pellare per contemptum liceret.

27. Johannes Münſterus Aug. *Confefſioni ſe ſocium, &*  
*aſſeclas fidei membra profeſſus, varijs in ſcriptis ſatis acerbè*  
*in panes noſtros debacchatur. In Cane latrant. d. Coen*  
 p. 53. 54. *ſequentia habebis.* Wie die Oſtien ein falſch  
 new erfundenes/ vnkräftiges ſchaumbrod/ vnd nicht  
 Pflanken des Himmlischen Vaters/ Matt. 15. v. 13 ſondern  
 des Papiſts ſeyn: Also auch der Chriſtus/ welcher in vnſer/  
 mit/ vnd neben denſelben Oſtien weſentlich vnd leidlich an als  
 len orten/ da die Meſſe gethan/ vnd ſie gereicht werden/ zu  
 gegen ſein/ vnd von guten vnd böſen mündlich geſſen werden  
 ſoll/ ein vnkräftiger/ erdichteter/ falſcher Chriſtus/ vnd nicht  
 ein Sohn des Vaters/ ſondern des Papiſts vnd Ubiquiti-  
 ſten Hirngöſt iſt. Der Ubiquitiſten Chriſtus bricht die Hoſ-  
 tien nicht mit ſeinen Händen: Ja er hat kein Brodt zubres-  
 chen. *Non entis nulla ſunt qualitates.* Wann man den ſa-  
 chen anders nicht rahten/ vnd kein Brodt haben könnte/ ſo  
 hette es woll ein ſchein mit den Oſtien: Aber jetzt iſt es nicht  
 nöthig/ daß man den Pâpſtilern nachlauffe/ Oſtien zukauf-  
 fen. Der Ubiquitiſten Chriſtus laſſet in ſtat des Brodts  
 Schaumbrod vnd Oſtien auftheilen. Die Oſtien ſeynd ein  
 äußerlejen Kenn- vnd Feldzeichen des falſchen/ neuen/ vnd

unrechten Christi des Paps vnd Ubiquitisten. Vor allen andern hat man die geringere Kennzeichen/ als Weyhwasser/ Palmen/ Kerzen/ (vnd *respectivè* Messgewand/ die doch viel Ubiquitisten, vnd die zu Dß druck auch noch gebrauchen/) Kreuzgänge/ Fahnen/ Ablassbrieffe/ Kappen/ Platten/ vnd des Ungezieffers mehr/ ganz vnd gar als des Teuffels gestand außgerottet/ vnd nicht billigen können: Wie kan man das allerhöchste vnd deutlichste Feldzeichen des Aucti Christe/ nemlich die Dstien/ darauff das ganze Papsthumb sehet/ bey richtigen Christen dulden/ zulassen vnd beschönnen? Auß der Dstien als dem rechten Kenn- vnd Feldzeichen des newen vnd falschen Christi ist nie nichts gutes/ sondern Jammer vnd Herzleid in der Christenheit entstanden/ welches nicht allein/ der augenschein in der Religion. sondern auch Leiblicher zugefügter schad vnd mörderen außweiset. Wie die Paptien vnd Ubiquitisten ein schaum- oder schmelzbrodt erfunden: Also haben sie auch ein zerschmelzen der Hostien auff der Zungen erdacht. Die Hostien werden etwa daheim von einem Manne oder alten Weibe vnstätig gnug/ auch mehrentheils in der Wöndt- vnd Clöstern zubereitet/ vnd vielmahl mit Hundefett/ auff daß sie auß dem Rucheisen kommen können/ geschmieret. Pag. 15. Wo ein falsch Brod/ vnd ein falscher Christus ist/ da ist auch ein vermeint vnd falsch Abendmahl. Wie die Papsiler auß new erfundenem falschen Schaumbrodt/ welches sie Dstien nennen/ einen newen vnd falschen Christum gezimmert vnd gemacht haben: Also haben die Ubiquitisten eben dasselbe Bözen vnd Schaumbrodt mit vnterlassung der Heiligen Brodtbrechung behalten/ vnd in oder vnter dem falschen vnd Schaumbrodt auch einen zum Bözen/ so der wahre Christus auß dem Saamen Davids nicht ist/ dargeschoben/ vnd die

die armen Leute damit betrogen. *Similia apud eundem in Beriche p. 52. 62. 63. Apologia, Postillâ, p. 1. p. 476. alijq; locis invenias. Reformati se sociant quidam Socinianorum, et istam placentulas istas panes esse negantes. Vt Smalcius e. D. Frantz. d. 12. t. 110. Stegmannus in probâ, c. 4. p. 265. Nonnulli Rosacrucianorum, in Sylloge, an hostia verus & cibarius panis. Hanovia An. 1618. editâ.*


28. *Equidem in brevo hic me video, quantum ad Reformatos, de tonantibus quibusdam in Christum, & panem Cœnae nostrum, corporis Christi communicationem: alii nos fratres in Christo esse, ac in fidei fundamento planissime unum esse, suaviter commentantibus, fraternitatem spiritualem flagitantibus, ut decoram, postulanti- ut equam, persuadentibus ut his temporibus justam ac necessariam. Hoc Irenæus Palacinorum, Junij, Parei, Martyris, Benbellonæ, Crocij, Steinij, Bergij, Munsteri, supra ceteros in panem nostrum debauchati, ostendunt. Sed quæ fraternitas spiritualis cum tam gravi panis Christi; nostri infestatione constituit, difficulter quis videre queat? Et ego longe secius de nobis sententiam scribendumq; existimo. Nam si nobis ex vero salis Cœna panis & Christus, nec vera nobis Cœna, nec verus Cœna usus, nec verum Christi corpus, nec verus Christus, nec verum fidei fundamentum, quod unicus Christus, nec in Cœnâ vera corporis Christi communicatio, consequenter nec vera beneficia per eam nobis obsequanda ulla fuerint. Cum quibus fraternitatem spiritualem scientes volentesq; ineamus, per Conscientiam fieri nunquam concedemus. & abesse à nobis Christus facit. Sed iracundiores quiaam Reformatorum ita in nos, quibus pro corde non pepo, sed zelus in dissidentes datus: Non omnes, aut postores? Et Munsterum in illa locum, quorum animus totus in fermento in hoc scribendi genere. Nec professione Theologus illis, nec Theologicus unquam ex officio operatus, nec in sermone*


eam liquidò assertus, nec scibilibus Theologicorum omnium exactè gnarus fuit. Quo pacto ut huic respondeam, hypothesebus suis in Keckermannum & Rennecheram jactis facem praluceat Toffanus in Relat. d. Colloq. Anglico, p. 56. Et ex proprijs hypothesebus, quas alibi latius deducam, omnia in mitius, ubi licet, non deterius interpretari, vulnera Ecclesie sanare, non exasperare, iracundia ac furori scriptorum cedere aut ignoscere, auctoritates humanas universas in Theologicis abolere, non in illis contendere, pro Christiano esse existimem. In pacem Christianarum Ecclesiarum conferre paratus, quidquid in me conferre Deus dignatus fuerit. Hic a. ut in mitius duriora emolliam, mitiore quorundam ex ipsis Reformatis sententiã moveor. Quispe moderatioribus quidam in illis, & quibus virulentia ista foris non ad salivam.

### AVCTARIVM.

AD T. 31. sect. 1. hac adijci possunt. De Iudeorum Convivijs in sepulturis Confer Jerem. 16. v. 7. Ezech. 24. v. 22. Videtur apud Iudeos panis aliusve cibus in sacrificijs pro mortuis appositus, ex Syrac. 30. v. 18. & Baruch. 6. v. 26. sed in primo comparatio tantum ab infructuoso & inutili est. non mos Iudeorum recensetur. Nec pro sacrificio, sed edulio mortuo cibus apponi innuitur. Et si mos fuit, non precise laudatur ille, & ut imitandus proponitur: Sed ex vanitate gentiliu ortus apud Christianos magis improbandus est. In secundo τὸ δάσος Græcis etiam palmam notat, ut sensus: Idolis tanquam mortuis, palmas adhibent, ut nempe collapsa erigant. Adeo seipsum juvare nequeunt. Sic apud Hesiodum *ἑκατάωγα* *αὐαῶν*, Curru 10. Palmorum.









Biblioteka Jagiellońska



stdr0019288

